Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

137v

iudicantur indigni. Queritur an tales non dicantur filii ut que sue
parentum sequantur. qui ex libero et ancilla nascantur. Ysidorus ethi
mologiarum libro nono determinat. Isti liberi qui conditionem pa
Liberi dicti sunt qui ex libero matrimonio rentum sequantur.
sunt orti. Nam filii ex libero et ancilla seruilis conditionis sunt. Semper
enim qui nascitur deteriorem partem sumit. Naturales autem filii dicuntur
S. xxviii. co. ludi. ingenuarum concubinarum filii quos sola natura genuit non honestas coniugii.
V. Q. huius qui sunt de legitimo coniugio matrem potius quam patrem secuntur. Quod autem
pudicicia uiolenter eripi non possit. multorum auctoritatibus probatur. Est enim
uirtus animi que uiolentiam non sentit. Corpori namque uis infertur non animo.
unde quamuis corpus uiolenter corrumpatur. si pudicicia mentis seruetur
illesa. tamen castitas duplicatur. sicut beata lucia fertur dixisse paschasio. Si
inuitam me feceris uiolari. castitas mihi duplicabitur ad coronam. Nescien
tibus enim et uoluntatibus iudicat deus. Hinc Ambrosius scribit in libro de virginibus.
Melius est uirginitas mentis quam carnis. xviii.
Tolerabilius est mentem uirginem quam carnem habere. Utrumque bonum si liceat. Si
non liceat. saltim non hominibus casti sed deo simus. Virgo prostitui potest. adulte
rari non potest. Ubicumque dei uirgo est. dei templum est. Nec lupanaria infamant
castitatem. sed castitas etiam loci abolet infamiam. Item Aug. de ciuitate dei lib. i.
Aliena libido neminem polluit. xviiii.
Ita ne aliquem polluat aliena libido metuitur. Non polluet si aliena
erit. si autem polluet non aliena erit. Sed cum pudicicia uirtus sit animi co
mitemque habeat fortitudinem potius quelibet mala tolerare quam malo
consentire decernat. Nullus autem magnanimus et pudicus in potestate habet
quid de sua carne fiat. sed tantum quid annuat mente. ut renuat. Quis eandem
scilicet sana mente putauerit se perdere pudiciciam si forte in apprehensa uel
oppressa carne sua exerceatur et expleatur libido non sua. Idem. Lucreciam
matronam nobilem ueteremque romanam pudicicie magis efferunt laudibus.
huius corpore cum uiolenter tarquinii regis filius libidinose potitus esset. illa
scelus improbissimi iuuenis marito collatino et propinquo bruto uiris
clarissimis indicauit. eosque ad uindictam constrinxit. Deinde fedi
in se commissi egra atque impatiens se peremit. Quid dicemus. Adultera an